

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9741

**Auteur(s)** : Jean, fis de Guillaume Du Gué [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1178-1200]

**Lieu d'émission** : Fresné-la-Mère Caen

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Notice relatant que Jean, fis de Guillaume Du Gué, a donné aux moines de Saint-André le droit de présentation de l'église de Fresné-la-Mère et tout ce qui lui appartenait sur toutes les terres que les moines ont défrichées à Fresné-la-Mère. Jean leur a également donné trois champs de terre avec leur dîme et leur a cédé tous les dons des terres que son père Guillaume Du Gué leur avait données autrefois.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6607.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 309, p. 444.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Guillaume Fitz Raoul, sénéchal de Normandie, 1178-1200.

Texte d'après A

Notum sit omnibus fidelibus sancte Ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit quod Johannes filius Willelmi de Vado dedit et concessit monachis Sancti Andree, in perpetuam elemosinam, presentationem ecclesie Beate Marie de Fresneio Lamere, que ad eum jure hereditario pertinebat. Concessit etiam eisdem monachis quicquid pertinebat ad eum de decimis terrarum quas ipsi excolebant in omni territorio (sic) de Fresneio propriis manibus aut expensis. Preterea dedit eis tres campos terre cum decima ipsorum ad ipsum pertinente quorum primus est juxta terras de Corcellis ; secundus in fossa Roscelini ; tercius est super haiam de Boloceriis. Et etiam concessit eis omnia dona terrarum que Willelmus de Vado pater suus eis antea dederat. Omnia ista dona suprascripta libera et quieta ab omnibus exigentiis secularibus dedit monachis in perpetuam elemosinam pro salute anime sue et amicorum suorum, et pro Adam fratre suo quem monachi in domo sua ad religionem susceperunt, et super altare posuit, et hoc tenendum de proprio et custodiendum ad opus monachorum fide pactionavit. Hoc idem affidaverunt et plegios se constituerunt cum omnibus feodis suis et tenementis Paganus de Fresneio, Johannes filius Rogerii,

Ricardus de Bosco, Hamon de Maisnil, Nicholaus faber, Ernaudus Burelon, Gislebertus de Bosco. Isti homines suprascripti iccirco constituerunt se plegios omnium harum supradictarum donationum, quod si prefatus Johannes eas in perpetuam elemosinam ad opus monachorum tenere noluerit, aut heredes ejus post eum, ipsi aut heredes eorum post eos, de feodis suis et tenementis tenere compellantur, aut de aliis propriis substantiis ut semper monachi elemosinas in pace et sine ulla perturbatione possideant. Hoc factum fuit et concessum coram parrochia de Fresneio et coram senescallo Normannie, scilicet Willelmo filio Radulfi apud Cadomi, ad Ieschequer. Testibus his, Hamon Lebotelier, W. de Merle, Jordano de Landa, W. Tholemer, Roberto de Livet, Roberto de Porta, Ricardo filio Henrici, Fulcone de Alnoi. Gisleberto de Teleriis.